Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



106

nichil ei respondebat. Stabant autem principes
sacerdotum et scribe. constanter accusantes eum.
Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo. et
illusit induto ueste alba. et remisit ad pylatum.
Et facti sunt amici herodes et pylatus
in ipsa die. nam antea inimici erant ad invicem.
Pylatus autem conuocatis principibus sacer-
dotum. et magistratibus et plebe. dixit ad illos.
Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem
populum. et ecce ego coram uobis interrogans.
nulla causam inueni in homine isto. ex his
in quibus eum accusatis. sed neque herodes. Nam
remisi uos ad illum. et ecce nichil dignum
morte actum est ei. Emendatum igitur illum dimit-
tam. Necesse autem habebat dimittere eis per die
festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa
turba dicens. Tolle hunc. et dimitte nobis
barrabam. Qui erat propter seditionem quam
factam in ciuitate et homicidium missus in
carcerem. Iterum autem pylatus locutus est ad illos.
uolens dimittere ihm. At illi succlamabant